

P R A E F A T I O.

titate verborum exilis, breuis, tenuis, for-
san & macilenta, & iejuna, argumento tamen
suo, & rerum pondere magna, consecras-
retur atq; offerretur merito, deprehendi.
Quamuis enim alij in eodem argumento su-
darint magna cum laude, & extent inter cæs-
tera, Sleidani de Luthero labor Latinus, ac
D. Matthesij conciones de eodem grauissi-
mæ, germanicè habitæ & scriptæ:tamen, cum
widerem obliterari plæraq;, & iuuentuti erus-
diendæ raro proponi ea, quæ Deus nostris
temporibus potenter & successu mirabili, &
quidem nobis, & ad nostrum usum præsttit,
operæ premium esse omnino censui, atq; officij
mei esse ratus sum, ut cum me & auditores ad
Confessionis Augustæ nostræ, Augustanam
quam vocant, exegesin & enarrationem, de
Augusta sententia Patris Tui, nomine & re
Augusti, Domini Clementissimi mei, accinge-
rem, nonnulla in memoriam reducerem, pro
quibus Deo gratias unusquisq; nostrum ex a-
nimо ut dicamus, fas & par est. Non recedet
malum de domo ingrati, inquit Salomon. Et
Dauid inter causas maximarum pœnarum &
calam